





P
5
11









XYSTO. PONT. MAX.' ANDREAS Brentius Patauinus. S.D.

Aepe atq; multũ Xyste Pont. Max. inter philosophos presertimq; stoicos & peripateticos disputatum est: an ueram aliquam futurarũ rerum præsensionem nobis somnia afferre possent: nec ne. Nam Epicuri hac de re: sicut de plerisq; aliis sententia iamdudum explosa ẽ: Qui cum nihil omnino somniis credi oportere dicat: id tamen nullo argumento nulla ratione probet. Sunt etiam nonnulli alii qui aiunt ex insomniis quædam uera cadere posse & ea quidẽ potius casu ac fortuito contingere quam illa cur ita euenerint: ulla ratione explicari posse: Quorum opinio sane probabilior esset: si magis ratione niti quam ad libidinem loqui uiderentur. Quapropter magis cum Hippocrate Socrate Platone'& Aristotele sentiendum esse arbitror: qui ut philosophorum principes ac optimi humanarum diuinarumq; rerum conscriptores: cũ exemplis & longa rei experientia: tum etiam argumentis & ratione demonstrant: atq; confirmant posse animum a societate et contagione corporis somno seuocatum presentia cernere et

futūra preuidere. Hominis namq; animi eā partē quæ sensu: quæ motu: quæ appetitu pdita est: non esse omnino ab actiōe corporis seiugatam. Iacere. n. corpus dormientis: uigere autem et uigilare animum atq; in medium sese maxime colligere: qui dum corpori uigilanti inseruit plures in partes diuisus apud se constare non uidetur: quippe qui sensuum cuiq; audituí. s. uisui tactui itineri partem ac totam deniq; intelligentiam suam corporis actionibus attribuat: Cum vo corpus quiescit & nihil sentit: tū ipsum moueri sentire: tum in omnes corporis partes serpendo eius sedem et domicilium disponere: eius omnia subinde munera transigere. Intuetur namq; uisibilia audit audibilia: incedit : tangit : dolet: letatur. Quot porro Corporis administrationes sint: breui conspicit atq; diiudicat sibique omnia p cuiusq; sui partis natura atq; affectu: conspectui subiiciuntur. Quoniā ea animi pars: quæ appetitum et feritatem quandam atq; agrestē immanitatem in se habet a philosophis nostri tēporis concupiscibilis appellata si nimio potu & immoderato pastu obstupefacta fuerit: stupra : incestus nefarios & detestabiles cum cognatis & beluis etiam concubitus uidet Similiter etiam al

tera quæ trito nomine nunc irascibilis p ars nuncupatur in qua existit irarum ardor: si ut superior affecta fuerit: trucidare cedere cruenrari multaq; facere impie tetre cum dementia & crudelitate uidetur. At uero tercia illa pars quæ mentis & rationis particeps est: proptereaq; ab eisdem philosophis intellectiua dicta: si homo quidem sanus et habitu integer moderatoq; uictu se quieti tradiderit: tranquillas res atq; ueraces in somniis maxime perspicit. Quandoquidem animus noster sensibus liber & ab omni curarum impeditione uacuus: iacente corpore: dei cognatione tenetur. Ideoq; siue per se siue infusus & cœlitus missus futura prænoscere existimatur. Nam quidam etiam insignes philosophi aerem animorum immortalium plenum esse testantur: Ex eo q; spiritus corpora nostra intrantes nobis diuinationem quandam prebere longa assertõne approbationeq; ostendunt. Cuius opinionis lõge ante fuisse Homerum puto uerissimum rerũ autorem: qui ec dios id est e Ioue & cœlo to onar esse dixerit. At qui an hec uera sint nec ne ipsi inter se disseruerit. Neq; enim nostrum est uelle tãtorum uirorum opinionibus iudicium interponere. Inter omnes tamen cõstat: antiquitus q; sõ

nia occulta & ab ipa natura iuoluta nõ nisi post euentũ cognoscerent: Atq3 id si manifesto non aparuisset: falsa putarent: iccirco exortos esse cõiectores somniorum: qui cõiectura psequerent ea & explanarent: Quod hoium genus apud antiquos in magno precio erat: existimabat q3 non mediocrẽ sapientiæ ptem tenere: qp somnia maximum in rebus agendis momentum habere opinio esset: Quæ q multis oli bona uel mala casura significarint: non opus est in presentia historiarum exempla in medium afferre: quæ pene innumera sunt: & plura q presens nostra hæc pua lucubratio exigat. Satis.n. ueterum auctoritate et antiquorum monumentis comprobatum est: q plurimos ex somniis monitos uel præclara facinora gessisse uel magna impendentia mala uitasse. De uisionibus autem siue admonitionibus & oraculis: quæ a græcis chrematismi appellantur: quæ secundum qetem dari uidentur: cũ antiquorum: tum etiam uirorum nostræ ætatis sapientũ neminem ambigere cognoui. Siquidem et sacræ nostræ religionis uiris sanctis & beatis uisiones semp ueræ apuerũt: Et ad hodiernũ tẽpus ut aparent: ita cõsequunt atq3 re cõprobant: qđ a rõe alienũ nõ ẽ. Nam quos deus ppter eorum pbitatẽ

diligit: & a quibus se castissime ac itegerrime co
li aniaduerterit: his se loco & tēpore secreto: qm̄
id numinis nō omnibus sicut impuris aut scæle-
ratis manifestum esse uult: ostēdit: præterita me-
morat: presentia docet: futura aperit: secreta &
arcana demonstrat atq; explicat. Quod nō cre-
dere: est deum deiq; sacrosanctam religionem a-
spernari. Sedenim hæc quæ coelitus quodāmo-
do ac diuino instinctu afflatuque p quietem cog
noscuntur: nullam ne minimam quidem precep-
tionis partem habere possunt: quippe cum raro
apareant: atq; non nisi certissima consequantur:
ut nulla indigeant explanatione. Somnia autem
quoniam certa animi concitatione ac soluto libe
roq; motu fiūt: Neq; eorum causæ aut exitus sa-
tis euidenti ratione probantur: eo cōiectura po-
tius q̄p obseruatione & notatis signis explican-
tur: Cum aliis alio tempore: alio loco: alio mo-
do eueniant: ac semper uarientur diuersis obtec-
ta ueri cernendi difficultatibus: ut incertis certa
dare præcepta arduum et difficillimū sit. Quæ
uero insomnia a græcis enypnia siue phantas-
mata quæ a nostris uisa appellantur quæ per
sensuum motum fiunt ualente corpore aut egro-
tante aut aliquibus corporis

partibus uel inopia affectis aut satietate effluen-
ti: quorum uterq̄ modus animi ac corporis bo
num habitum ledere solét: hæc unde cur hoc ma
gis q̄ illo modo proficiscantur. ratio reddi po-
test. quia istorum effectus causas probant. & a
causis uicissim euenta cognoscuntur. Atq̄ igitur
hæc cum ad naturam cuiusq̄ atq̄ affectum reuo
cantur & coniectura & obseruatione percipiun
tur: cum uero ratiõe explicari possunt: uidentur
certe posse merito artis preceptionem exigere.
Cuius explanatio & scientia ad nullos magis p̄-
tinet q̄ medicos: quibus multæ possunt dari ex
insomniis bonæ aut malæ ualitudinis significati-
ones nequaquam obscuritate inuolutæ naturæ.
sed e q̄bus facile aut corporis ĩtegritas: aut mor
borum uel uarietas uel aduentus uel discessus in-
telligatur. Hanc igitur insomniorum cognitionẽ
diuinus & singularis uir Hippocrates ac omniũ
medicorum facile pæstantissimus: quod arti suæ
maxime necessariam esse arbitraretur: instituit e-
am sicut reliqua medendi facultatis precepta ma
gna ex parte adinuenerit adinuenta excoluerit
atq̄ perfecerit: nequaquam intactam omittere.
Itaq̄ insomniorum indicia & signa: quibus uel
boni habitus cognoscerent᷑ aut instantes egro

tationes: Item quæ malis futuris cauendis reme-
dia essent: quæque ualitudini conseruãdæ præcep-
ta forent: omnia ipse paucis complexus est: & i
hunc libellum contulit. qui de insomniis inscribi
tur: In quo cum multa meo quidem iudicio con
tinerentur & cognitione digna & ad ualitudinẽ
cuique maxime conducentia: uolui eum exercen-
di ingenii causa conuertere & tibi Pont. Max.
mittere: ut illũ iudices: qui naturalium rerum &
supercœlestium scientia es & haberis excellentis
simus: Simul etiam ut debito meo satisfaciam.
Nam cum hoc e bibliotheca tua sumpserim om
niũ celeberrima: quæ litteratis omnibus & doc-
tis uiris summo solatio ac studiorum incremen-
to est: et in quam a curis tanquam in portum me cõ
ferre sæpius: & totos denique dies partim legen-
do partim scribẽdo consumere soleo: iccirco ui-
debar mihi esse animi ingrati & immemoris nisi
quemadmodum uillicus delectabile quid e uilla
& hortis domino res urbanas fastidienti affert:
ita ego tibi animum a negociis & imperii admi-
nistratione rlaxãti aliquid e bibliotheca excerp
tum offerrem tuo studio: tuo docto ocio & sin-
gulari sapientia dignum. Nam licet nobis nulla

facultas sit tibi pro meritis gratiæ referendæ: tamen delectat nos quãdoq̧ tibi his mediocribus exercitatiõibus animi nr̃i gratitudinẽ ostẽdere.

Hippocrates de insomniis:.

X insomniis ea nobis bona sunt quæ ad ultimam noctis partem intelligẽtiæ representãt res eo quo interdiu agebantur modo: aut de illis deliberationes atq̧ consilia. Sanitatem enim significant. Quia diurnis in cõsiliis animus permanet: nulla impletione: nulla exinanitiõe: nulla alia deniq̧ re externa aut aduenticia superatus. Quæ uero his contraria ac inter se repugnantia sunt: si uehementer: uehementem: si modice: infirmam in corpore perturbationem esse testãtur. An igitur a negociis abstineri oporteat nec ne: iudicium non fero: Verumtamen corpus ideo purgãdum esse consulo: quod ex materia quapiam superante contigit secretio animum & intelligentiam perturbãs. Quod si uehementer discrepẽt: prodest uomitum mouere: & in quintum diem modicos & leues cibos summere. Exin cum deambulatõibus multis & acribus: tum mediocribus exercitationibus utendum. Sin minus: uomitus: ocium: et tercia pars cibis demẽda: Rursusq̧ adẽ uictus ratione quintum usq̧ diem utere: ad

iecta deambulationis et uocis exercitatione. De inde postea Diis imortalibus supplicandū. Sol luna cœlum Stellæ ex consuetudie puræ lucidæ splendidæ conspectui subiectæ in bonis sunt: in dicantes quippe omni ex parte corpus bene ua- lere. Quare hic habitus presenti uictu conseruan dus est: Si quid uero contra aparuerit: morbum corpori a ualidis ualidiorem: ab infirmis leuiorē in stare manifestissimum est. Atq; si stellarum ex ternus circuitus: solis medius: lunæ: qui cauis ad- iacet: extingui qd aut ledi aut occultari aūt om- nino impediri uisus fuerit: eidem circuitus parti morbum superuenire: tenuiorem quidem: si ab aere uel nube stellarum aliqua afficiatur: si ab aq̄ seu grandine: uehementiorem. Signo namq; est humiditatis & pituitæ excretionem in interiorē circumferētiam incidisse. Huic igitur expedit in uestimētis sudoris ꝙ maxime euocādi causa: pri mo quidem sensim: deinde uehementer currere: post uero exercitationem multis subinde deam- latōibus uti: prādio itermittendo: Ac tercia de- mū cibis ablata pte: i qntū diem parū assūmere: Tum si maior offensa aparet: fouere. Siquidem ea de re corpus per superficiē expurgari cōfert: quia in exteriore circumferentia detrimētū inest.

Præterea cibis siccis: acribus: austeris: meracis: & exercitationibus maxime siccis uti. At uero si quid eiuscemodi pati luna uideatur: intus euulsionem fieri: prodest ab acribus: salsis lenibusque cibis uomitum excitare: magna ui currere: uocem exercere: prandium intermittere: utique cibi detractione & uictus moderatione habita. Deinde uomitu iterum facto in quintum diem modicum cibum adhibere. Vbi autem sereno cœlo circuitus a siccitate affligi laborare superari uidetur: egrotationis periculum est. Igitur opus est laboribus demere uictu humidiore leni: balneis: maiore quiete: somno multo: donec consistat: uti. Si igneum quid & incensum stellis illis repugnans cōspicitur: bilis excretionis nota est. Si uictæ demum occultentur: periculum est ex egrotatione mori. Si in fugam aut uertūtur: aut uersæ celeriter fugiunt aliis deinceps insequentibus: futuræ: nisi homo curetur: insaniæ metus est. His itaque omnibus ueratro in primis euinci: uictum moderari conuenit: aliter: uictum ab aq̄ repeti nō alienū est: uinū nequaq̄ gustare p̄terq̄ tenuissimū lene dilutum. Item ab acribus siccantibus: salsis calfacientibus abstinere: necnon exercitatōibus naturalibus & cursibus i uestimēto

uti quamplurimis .absit frictio: lucta: saltatio & uehemens exagitatio: molliter cubet: desideat: preterquam a naturalibus laboribus. Post cœnam deambulet. Bonum etiam est foueri: secundum fomenta subinde uomere. Ad Trigesimum diem ne impleatur: Impletus bis in mense uomitum a dulcibus humidis & leuibus prouocet. Quæ aliunde alio nulla necessitate aut ui urgente uagantur: animum solicitudine & cura affici docent. Huic nempe prodest ex toto conquiescere: & animum ad spectacula risū præcipue mouentia uertere: Si minus ad id saltem q̄d per biduum aut triduum spectando mens exhilaretur: Post sistet. si id non proderit: egrotationem esse metuendam. Omnino stellæ quæ e circumferentia puræ & splendidæ delabi ac orientis partem petere uidentur: bonæ ualitudinis testimonia sunt propterea ꝙ quicquid uel in corpore est separatim uel in aluo excretum: uel in carne pululans: id probe omne ab occidui circuitu: cui recte adheret: excidit. Quæ uero ex illis nigræ & obscuræ siue ad occiduum siue in mare siue in terram siue paulo supra deferri uidentur morbos denunciant. Quæ supra: grauedines: quæ in mare: malos alui habitus: quæ in terram:

tubercula in carne maxime nascentia. His confert tertiam portionem cibis demere: excitatoq; uomitu in quintum diem uictũ temperare: alio deinceps quinto die cuiuslibet generis cibum adhibere: Tum iterum facto uomitu ad eundem superiorem uictum redire. His deniq; coelestibus i sidere quicquid tibi uidebitur purum & humidum: bonam ualitudinem ostendit. Quõiam id ab æthere descendisse in hominem. Tale autem animo representari: quale hominem intrauerit. E contrario nigrum quodlibet impurum & minime illustre: mali morbi: non ab impletione certe aut exinanitione: sed ab externa causa instantis indicium habetur. Huic ergo conducit multa ui currere: ut q̃p minima corporis liquefactione: ac spiritu spissißimo usus aduenticiũ malum propellat: protinusq; secundum cursum acribus deambulationibus utendum: uictus aũt in quartũ diẽ mollis & leuis adhibeat᷑. Quodlibet tibi a deo purum dari uisum: secundæ ualitudinis signum ẽ: q; ingredientia corpus pura sint. Cuiuscũq; horum cõtrarii inspectio extiterit: nõ ẽ bonũ. Morbũ. n. corpus inuasisse constat. Ideoq; hunc sicut priorem curari opus est. Aquam lenem sereno coelo sine uehementi quidem madefactione aut

graui tempeſtate pluere uideri:bonum.tempera
tum nāq; & purū e cœlo ſpiritum intraſſe demō
ſtrat.Econtrario magnam impuræ aquæ uim cū
procella & grandine pluere:morbum ab aduen
ticio ſpiritu notat.Similiterq; hunc tenui uictu
& cibis omnimodo perq; paucis uti oportere.
Sic qui cœleſtium aſtrorum ſigna cognoſcendi
iudicio preditus fuerit:debebit ex illis cum ſibi
ſuæq; ualitudini uictus genere proſpicerẽ:tum e-
tiam diis ſupplicare.Pro bonis quidem:Soli Io
ui cœleſti:Ioui terreſtri Mineruæ terreſtri: Mer-
curio: Apollini.Pro contrariis autem:Diis ma-
lorum auerſoribus Terræ & heroibus: ut om-
nia grauia & aduerſa a nobis auertant. Inſuper
etiam ex ſomno propinquū quid acriter intu-
eri:aut audire: tuto incedere:ſecure & ſine ulla
formidine currere:Item terram planam beneq;
cultam:arbores florentes & fructuoſos & mit-
teſ:fluuioſ pro more aqua limpida:nequaquam
iuſto pleniores minoreſue fluẽtes:fontes itidem
& puteos in ſomno ante oculos obuerſari: his
omnibus indiciis cum corpus bene habere: tum
ṽo oẽs circuitus & uictuſ atq; excremẽta ꝑ natu
ra eſſe cognoſcūt.Quicqd iſtoꝝ cõtrariū apet:
mali detrimenti eſt.Nam auditum ledi:circa ca

put esse noxam docet. Igitur matutinæ: Quinetiam secundum cœnam aptissimæ erunt deambulationes addito superioris uictus genere. Crurũ offensa: uomitu conuellenda est: pleniore lucta utendum: seruata eadem in cibis ratione. Aspera: corpus impurum esse dicit. res amat plures post exercitationem deambulationes. Arborũ sterilitate: humani corporis pernicies ostendit. Siquidem sine foliis arbores: ab humidis & frigidis detrimẽtũ: cũ foliis autem: sed sine fructu a calidis & siccis. utiliter uictus ratõe hæc r̃frigerãtur & humefiunt: illa siccantur & calfiunt. Fluuii non pro natura fluentes: sanguinis circuitum signãt: largius quippe: excessum: minus: defectũ. Commodum igitur est uictu hoc implere: illud tenuare. Si impuri fluunt: perturbationem significant. purgantur autem a cursibus & deambulatiõibus multo spiritu citati. Nocturnæ fontium & puteorum imagines: uentos circa uesicam esse inditio sunt. Res igitur urinam mouentes ad purgationem aptissimæ sunt. Mare turbatum: aluis malum sub esse testimonio est. Auxilio sunt res aluum soluentes leues & molles. Terra uel domus mouens: sano aduersam ualitudinem. Egro sanitatem & instantis mutationem pollice

tur. Valenti ideo uictum mutare perutile eſt: ꝙ
totum a preſenti corpus afficitur: Egrotanti au-
tem in eodem perſiſtendum: quia ab inſtāte cor-
pus mutatur. Terram uel a mari uel ab alia qua
piam aquarum multitudine inundari: egrotatio
nem multæ: quæ in corpore ieſt: humiditatis ex
pectandam eſſe teſtatur. Quare uomitus: pran-
dii intermiſſio: exercitationes ſicci uictus perne-
ceſſarii ſunt: Deinde ex modicis & parum aſſu-
mendo: ad conſuetudinem reuertendum. Vtiq;
nec id in bonis eſt in ſomno terram nigram aut
crematam uidere. Quandoquidem in uehemen-
tem & mortiferum morbum incidere peri-
culoſiſſimum eſt. Siccitatis enim exuperantiam
carni inſtantem deprehendit. Laboribus ergo.
Item cibis quicquid ſicci calidi acris & urinam
mouentis: demendum. uictus eſſe debet ptiſanæ
decoctum ius: res deniq; omnes molles leues &
modicæ quidem: potui uinum dilutum albū co-
pioſius dandum eſt. Balneo frequentiore & ca-
lido utendum: Sed uero minime ieiuno. emollia
tur: conquieſcat: frigus: ſolē caueat. Telluri Mer
curio heroibus diuinam rem faciat. In palude ſi
ue mari ſiue fluminibus natare uideri: non bo-
num: Quia humidi exceſſum teſtatur. oportet

hũc impare uictui & se exercere: febricitãti auté bonũ q̃d calidum ab humidis extinguitur. Quicquid neq̃ maius minusue: sed ex cõsuetudine & ꝓ sui natura esse apuerit: ꝓ bono ualitudinis habetur. Vesté candidã siue pulcherrimos calceos indui: bonum. Quod ex mẽbris maius: nõ bonum. utiq̃ quod minus. Oportet uictus ratione hoc augeri: Illud minui. Nigra omnio morbida atq̃ piculosa sunt. Vtiliter emolliuntur et humefiunt. Noua mutationem prædicunt. Puros & in albis uestimẽtis mortuos uidere: bonũ. Item ab illis aliquid puri accipere in bonis est. Nã & corporis & rerum ingredientium integritaté declarant. Ex mortuis qũippe nutrimenta incrementa & semina proficiscuntur: proptereaq̃; hæc si pura in corpus serpunt: sanitatis sunt. Rursũ nudatos uel pullatos uel sordidos uel e domo quid capientes auferentesue conspici: non aptũ. Morbum ideo arguit: quia res corpus ingredientes noxiæ sunt. Confugiendum ergo ad cursus atq̃ deambulationes: ac uomitu facto: alimentũ molle & leue adhibendum. Corpora quæcũq̃ in sõniis deformia in conspectum ueniant: hominéq̃ terrent: insoliti cibi satietatem: excremẽtum: choleram: deniq̃ morbum periculosum exponunt.

Necesse itaq erit uomitum mouere: & in quin-
tum diem cibis q leuissimis & modicis minime
q acribus siccisue aut calidis: præsertimq labori
bus naturalibus: præterquam secundum cœnam
deambulationibus: Item balneis: seduero calidis
ac quiete uti: a sole præterea & frigore cauendū
est. In somno uideri quid assueti potus aut cibi
summere: alimenti inopiam ac animi langorem
probat. Atq carnes ualidissimæ quidem: maxi-
mi excessus: infirmissimæ autem: minoris. Vt e-
nim quod assummitur bonum: ita est: quod apa
ret. Cibis ideo demendum est quod alimenti ex
uperantiæ id testimonium sit. Similiter etiam
panes caseo & mele confecti in somno edi si ui-
deantur: eiusdem signi sunt. Aqua pura epota:
bonum: reliquæ uero omnes: noxiæ. quicquid
assueti homo spectare uidetur: animi desideri-
um testatur. Quodcunq uero fugit perterri-
tus: sanguinem a siccitate infestantem detegit. V
tilissime ergo corpus refrigerat & humefit. Pug
nare: uulnerari: cruentari: uinciri: corpori secre-
tionem circuitus inimicam contigisse signo sunt.
Optimum igitur est attenuare: deambulare:
cibis facilibus uti. Tum secundum uomitum in-
tra quinq dies sibi temperandum. Quin etiam

ex uisis errores: uagationes: ascensus: mali et graues contingunt. Fluuiorum traiectus: armati hostes: diuersi generis monstra: egrotationis siue insaniæ argumenta sunt. Pernecessarii igitur sic errantibus sunt cibi modici leues & molles. Tum porro permultæ: preterq post cœnam: exercitationes: Nec non ad quintum diem cum uomitu uictus paulatim temperatus sit. Insuper a calidis balneis: desidia: frigore: sole cauendum. Hæc qui seruare uoluerit: prout uictus ratio dictat: a nobis quantum per hominem deo iuuante fieri potuit: excogitata inuentaq: is semper in uita bene ualere poterit:.

Andreas. B. P. Ni. Gupalatino. S. D.

Habes iam Gupalatine Hippocratem de insomniis a me expressum. Quam quidem prouinciã ut susciperem, non prius adduci potui q tua Aloisiiq podocathari uiri optimi & utriusq nostrũm amicissimi motus adhortatione atq auctoritate. Quapropter ita me deus amet: si me uobis non plurimum debere fateor: qui me semper ad uirtutem & laudis studia adhortari incitareq non desistitis. At qui sic uobis promitto & in me suscipio: studebo quidem semper & p uiribus laborabo quantulæcunq uestri de me o

pinioni susceptæ respondere: optimisq; consiliis uestris & admonitionibus parere. Siquidem me a uobis non secus atq; parentibus diligi & amari iam diu perspexi atque expertus sum. Vt autem mi Gupalatine: quid animi mei erat: intelligas: institueram more græcorum paucis hunc libellum interpretari: quod scribendi genus illi paraphrasin appellant. Sed cum res postea uideretur magni esse negocii: multæ doctrinæ: & longioris temporis: malui paruæ eruditioni meæ cōsulere ac amicorum uoluntati satisfacere librum iam efflagitantium. Hoc igitur negocium uobis doctioribus permitto: qui medendi artem cum scientia: tum etiam usu & exercitatione habetis consumatissimam: quæ cum aliis scientiis instructa esse debet: tum precipue astronomiæ cognitione quemadmodum Hoc in libello Hippocrates demonstrare uidetur et testari: Cum internas corporis partes Lunæ: medias soli: externas stellis tribuat non sine magna profecto astrorum naturæ scientia & peritia. Quandoquidem Lunæ sidus cum inter omnia nobis proximum sit: maxime i corpora nostra dominari censet: Vnde prudēter ea a uobis i medēdo tātope obserua tur: Sol aūt: quo magis a luna distat: eo mīus no

bis obesse ualet. Quod .n. ūi exūpat: id itercape die miuit᷑: Similiter etiā stellæ qm̄ a nobis lōgis sime absūt: haud multū corpora ifestare possūt: qbus tñ oibus astris presertiq; elemētis q̄ in deo rū noibus inclusa sūt: multū Hippocrates mea q dē sentētia tribuere uidetur: cū iubeat supplicare Soli Ioui cœlesti Ioui terrestri Mieruæ terrestri: Mercurio Apollini: Terræ: Heroibus: q̄ oia: si cōtemplari licet ac aliq̄ptum r̄mouere sensus ab i periti et ignari uulgi opinioibus: repient᷑ habet᷑ in se naturalē rationē certe nō indignam: Sed ue ro medico et philosopho maxime cōuenientem Nā sol ꝓ mūdo accipi potest: q cū sidera solem lunā, ignem, aera, aquā, terrā; tum cōmunē omni um naturam rerumque uniuersitatem in se conti net: Quod autem purus candidusque & ab om ni reliquorum quattuor corporum colluuione uacuus est: a poetis olympus appellatur ꝙ totus lampi id est splendet: Deinde a nonnullis philo sophis Quintum elementum esse iudicatur: ab eisdēq; ꝙ eius ardor nequaquam agitaretur ab alio neq; externo pulsu: sed p se ipē ac sua spōte semp et cōtinent r moueret᷑: entelechia appella tur: estq; et habetur illorum opinione omnium rerum quæ natura administrantur: seminator &

sator & parens atq; educator & altor: Ioui coe-
lesti uel benignæ & temperatæ eius stellæ. quæ
græce phaeton dicitur: quæ inter Saturni horri-
dum sidus & Martis ardens media existit illu-
stris ac splēdida. Vel ætheri quod idem cœlum
uocatur ultima & altissima ac extrema ora et de
terminatio mundi omnia cingit circumplectit̃:
& coercet: ex quo solis stellaꝝ omniūq; siderum
naturales flāmæ existunt: Cuius quidē calidū &
igneum: qua natura ē bilis: q̄ꝓdiu in corpore cit̃
et agit̃ motu suo aliturq; et crescit: tam diu sen-
sus et uita ꝑmanet. Ioui terrestri siue orco eidēq;
Diti noīato Iouis fr̄i cui terrena uis dedicata est:
q græce Pluton dr̄ ꝙ omnia recidāt in terras &
oriant̃ e terris: siue Neptūo eiusdē fr̄i Aq̄rum e-
lemēto cuius hūore et uaporibus magna quoq;
ex ꝑte tā stellæ natura flāmeæ q̄ꝓ hūana corpo-
ra aluntur & nutriuntur. Hic igitur si deesset:
cum sibi propter naturæ similitudinem pituitā
uendicet: a græcis phlegma appellatam quæ
corpori magno nutrimento est: noster quoque
spiritus igneus simul discederet: necesse esset. Mi
neruæ terrestri. i. aeri terræ et aq̄ ꝓximo uel Lūæ
q̄ a sole illūinata iisdē q̄bus ip̄e spaciis cū uaget̃
circaq; terrā uoluatur grauiditates et ꝑtus affert

maturitateſq̄ gignēdi: natiſ etiā icremētū et uber
tatē Atq̄ ꝑpter uaria eius officia et potestates:
diuerſis utpote Diana Luna Lucina uocat̃ nomi
nibus. Mercurio Mercurii ſtellæ: quæ infra Mar-
tis Pyroida accēſā temperatior eſt dicit̃ q̄ a græ
cis Stilbon. uel aeri ſublimiori ætheriq̄ uiciocu-
ſus tenuitate & calore tēperatus uitalē et ſaluta-
rē ſpiritū ꝓbet animātibus: ſine cuius aſpiratiōe
nemo poſſet uiuere. ipē nāq̄ una cū animātibus
uiuit una audit una ſōat una dormit. Aer dēiq̄:
ut uerbum ex quo declinatur: ſignificare uidet̃:
Ao. n. ſpiro et aellæ flatus dicunt̃: tota ē iſta no
ſtra anialis ſpirabiliſq̄ natura. Neq̄. n. ullus in
corpore humor ē q magis uitalis ſit: q̄ ſanguis
ꝓpterea q̄ moderatā aeris caliditatē humidita-
temq̄ ſibi attrahit: ut nō imerito cum liquor pri
ceps habeatur: primā ex corporis ꝑtibus ſedem
cor. ſ. ſibi uendicauerit: in quo uita ſenſus et intel
ligētia exiſtit nōnulloꝝ philoſophātiū ſententia
Prætetea. n. aeris temperatione reliqua elemēta:
duo. n. ſine tertio medio et tāq̄ nodo uinculoq̄
difficulter cohærerēt: inter ſe emolliunt̃: depoſi-
taq̄ q̄dq̄ uehemēti ſuæ naturæ ui: tāq̄ tēaciſſio
glutio iunguntur. Sicq̄ oia gignunt ꝓcreant q̄
uidet̃ in hoc mirabili mundo tam ſpecioſa tam

pulchra tamq̄ necessaria. Is igit͛ cum inter hæc medius sit & tanquam præcipua causa & autor ut ad procreandum copulentur constrigāt͛ que: a poetis nuncius deorum.i.elementoꝝ sub Mercurii quasi medii currētis nomine habetur. Nostrum.n.nō ē in p̄sentia astronomoꝝ rationes referre. Apollini.i.soli cui id nominis inditū ē autore platone q̄ circum cœlum uertatur & terrā modo accedens modo recedens: qui quidē efficit: ut frigida calefiant: mortua reuiuiscāt: oīa floreant & in suo quæque gener̄ pubescāt: maturēt et p̄ficiantur. Terræ.i.aiantiū matri et altrici q̄ ppequæ grauidatata semibus oīa piat et feta alat et augeat: p̄sertique oīa aniatibus ꝓuida ad uictū suppeditet necessaria.eādē opē appellāt q̄ ope fiat melior: ꝓserpinā q̄ ex ea ꝓserpāt fruges uestā q̄ uestiat͛ herbis. Heroibus .i.animis siue spiritibus q antiquoꝝ opinione huic aeri terræ uicino iminentes putarētur non puā in nobis potestatē hr̄e iidē a ueteribus r̄ligiosis dæmōes dicebant͛: q medii essent iter deos q sūmū locū tenēt et hoies q ifimū. Ex his igitur: q̄ꝑtū ꝓ tēui igenio meo iudicare possum: uidet͛ mihi Hippocrates unū tm̄ deū sentire: eūque diuersis noibus appellare. Quod Platonem similiter et Xenophōtem

ac Stoicos sensisse legimus qui dicebant et mundū deū esse et coelum & astra et terrā & animos nec referre eundē esse Iouē eundē Martem eūdē Vulcanum. Atq propter causas potestatesq diuersas: multa dari cognomina nō tamen ꝑpter tot res etiam tot deos eum esse cogere. Quid.n. attinere: cum una sit forma: plura esse nomina? Seduero rebus naturalibus deorum figuras tribui ob utilitatum magnitudinem quæ ab illis in res concretas & creatas redundare uidebantur: omnia tamen principi deo ut autori & datori d̄bere referri accepta Quam quidem unicam cām ac primā notionē multo añ Homerus intellexisse iudicat: Cū appellauerit Iouem dn̄atorē rerū & omnia motu regentē p̄sentē p̄potentemq patrē diuū hominūq. Quod idē Valerius Sorāus autore Varrone his uersibus testat.

Iupiter omnipotens regum rex ipse deusq
Progenitor genitrixq deū deus unus & omnis:

ex quo merito ortū ē ut dicāt Iouis omnia plēa. Quēadmodū v̄o a cōmēticiis et fictis deis ratio traheret ad physicas res bñ atq utiliter inuētas: me certe docuerūt græci doctores in Homerum scribētes q ut sapiētissimi ac rerꝫ naturaliū doctissimi physicas ratiōes q̄ in fabulis non inelegātes

insũt: prudẽter exponũt docte enodãt: ornate enucleãt: qđ si q fuerit: quos nõ paucos fore cẽseo q existiauerint Hippocratẽ secundũ cõmunẽ uulgi opinionẽ locutũ esse: sciãt modo isti doctissimos illos uiros multa q̃nq̃ uoce exprimere cũ eorũ ãimus et mẽs lõge rectius sẽtiat et iudicet. qđ si fecisset Socrates nõ epoto uenẽo mortuus esset: Neq̃ ꝓtagoras similiter: si id seruasset: in exiliũ ab Atheniẽsibus eiectus fuisset. ut aũt aliq̃d etiã iis q sic opinãt᷑: cõcedat᷑. sol in cœlo dr̃: q̃a solus ex oibus sideribus ẽ tãtus: ut cũ exortus sit obscuratis oibus solus appeat: uel ꝙ solus unus sit et ñ plures. Apollines in terris colũtur: quoꝝ cũ unus uulcãi filius: alter corybãtis natus in creta: tercius Ioue natus et latõa sit: q̃rtus i arcadia: Cũq̃ oẽs alius aliis i locis diuersa ob mũera colant᷑: ita diuersis appellant᷑ noibus utpote medicus delphicus delius Tirynthius Daphnæus Nomius uel ut alii putãt: nomio ꝙ arcades ab eo nemus hoc ẽ leges accepissẽt. Nec ꝓhibet q̃cq̃ Iouẽ cœlestẽ Iouẽ terestrẽ dici. Cũ plures Ioues fuerit: ex q̃bus alter pr̃e cœlo alter æther pr̃e natus: tercius cretẽsis Saturni filius cuius i illa isula sepulchrũ oñditur. q igit᷑ in terris natus: terrestris: q in cœlo & parẽtibus imortalibus cœlestis merito nuncupetur. Item Mineruæ & Mercurii plures fuerunt:

qui similiter pro locis: officiis: ac opinionibus q̄ de illorum ortu iualuerūt: uocant̄ et colunt̄. Terra: terræ dea tellus ē: q̄ a nōnullis ceres q̄si geres dr̄. Heroes uiri excellētes q imortalitatē cōsecuti sunt ac inter deos asciti ob iporum merita erga humanū genus sicut Hercules Castor et Pollux & Aesculapius: q cū mortales fuissent: mortalium curam hr̄e ac pro eis apud reliqua numina intercedere putabant̄: Hæc & multa alia de diis ignarorum & supstitiosū uulgus opinat̄ et fingit: q̄ nō modo i illa maiestate ac beatitudie esse sentir̄ nephas haberet̄: sed etiā audire aures abhorrerēt. Sūt.n. ista oīa impitæ plebis deliramenta ac anicularum fabellæ: a qbus si non uerbis at animo & sētētia Hippocratē diligentē naturæ puestigatorē uehemēter dissētire atq3 discrepare cēseo: q ut philosophus rerum autor et non fabularum unū solū primū deū eūq3 pmā cām huicq3 oīa tā cœlestia q̄p hūana subiecta esse arbitrari uidet̄. Reliq.n. oīa cū explicant̄ ad rationēq3 rūocant̄ rerum magis q̄p deorum fictorum natura cognoscit̄. Quod quidē eo uerisimilius uidet̄: quo magis religiōi nr̄æ accedit q̄ deū unū optimū maximū Xp̄m oīum rectorē et dn̄atorē sentit colit et sapit. Sed quoniā cepi secus agere q̄p initio dixerā. Negarā.n.

exponere: reliqua uobis interpretanda relinquo. Ego uero quantum potui: uobis studui hunc libellum latinum quam emēdatissimū tradere: In quo si quid fortasse claudicare uidebitur: id tribue Demetrii Carcocandilis Atheniensis pceptoris nostri absentiæ q eius acri & diligenti iudicio græcis in litteris propter locoꝝ iteruallū uti nequeo: Qui qdē Alter Demosthenes fuisset Theodori Gazæ iudicio: cuius itidem opinionis Bessariōem Cardinalem nicenū fuisse senex ille doctissimus mihi Iucunde narrare solebat: si ei ciuitatis suæ athenaꝝ fortuna & imperio florentis tempore nasci contigisset. Quod autem possumus: id uobis libenter damus: plura tamen in posteꝝ si nobis uita suppetat & ociū supersit: daturi: ut uobis amicis: omnibusq3 huius facultatis studiosis nequaq̄ opa nr̄a et idustria unq̄ defuisse uisa fuerit.

## IDEM.

Ctesium interpretatus sum terrestrem: Quia id congrue deriuari posse cēsui a po chthonos mutatis crassis in tenues more ionum quorum lingua ūtitur Hippocrates. Deinde q̄d cū insōnia p̄tim cœlestia p̄ti terrestria uideant̄: cūq; Ioui cœlesti dicat sacrificandum esse: merito utiq; sacrificandum foret deo q terræ dominatur: q a poetis Iupiter Infernus & Stygius appellat̄ idemq; terrestris: De quo cū intelligeret Hippocrates mea q̄dem opinione distinguendi causa Iouem superum appellauit cœlestem: Inferum uero Ctesiū. Alias .n. id epitheton superfluum esset· Cum uni tantum Ioui cognomina illa tribuātur: pater: Rex Polieus philius Hetæreus Homognius Hicesius phyxius Xenius ctesius & epicarpius: ut refert Dion Chrysostomus. Quod si hoc nō placet ctesius dicat̄ opitulus q̄ opes & diuitias & possessiōes p̄beat: quæ tñ in terris sunt & ex terris p̄ficiscunt̄: quæ Ioui Inferno hoc ē Diti dicatæ sunt. Minerua itidem ctesia quæ A me accipitur p̄ luna q̄ sub terris apud inferos proserpia dr̄ quæ fructus & fruges alit & p̄bet: si physica ratio nō placet: nominetur opitula: q̄ diuitias: ut fabulæ tradūt: nēdi suēdiq; idustria p̄stet.

AD CESAREM.

Vt possem niueam tuam referre
Linguam Cęsar & eruditionem:
Esset nunc studiis tuis & alto
Nobis ingenio uel arte opusq;
Pręstāti eloquio: Sed hoc libēter
Prestamus: potuit pusilla quantū
Vox ac discipuli notare dextra
Id tantū capias uelim clientis
Ingēs officiū: uelut solebas
Tuarū modo partiū patronus.